

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Secundum

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum illi qui sunt subiecti potestati alterius, possint vouere? 8

urn:nbn:de:hbz:466:1-38762

372 QVÆST. LXXXVIII. ART. VII.
peregrinationem, vel aliquod speciale ieiunium, tali
voto non congruit solemnitas, sed solum voto quo ali
quis totaliter se subiicit diuino ministerio, seu famu
latui: in quo tamen voto quasi vniuersali multa parti
cularia opera comprehenduntur.

Ad tertium dicendum, quod vota ex hoc quod sunt
in publico, possunt habere quādam solemnitatē huma
nam; non autē solemnitatē spiritualem, & diuinā, scit
habent vota præmissa, etiam si corā paucis fiant. Vnde
aliud est votum esse publicum, & aliud esse solenne.

ARTIC. VIII.

Vtrum illi, qui sunt alterius potestati subiecti, impe
diantur à vouendo?

477

inf 9. 189

a. 5. Et 4.

d. 32. a. 4

& d. 38.

q. 1. a. 1.

q. 3. et 0.

pusc. 87.

s. 12.

A D octauum sic proceditur. Videtur, quod illi qui
sunt alterius potestati subiecti, non impediuntur
à vouendo. Minus enim vinculum superatur a maiori.
Sed obligatio qua quis subiicitur homini, est minus
vinculum, quam votum per quod aliquis obligatus
est Deo. Ergo illi qui sunt aliena potestati subiecti, non
impediuntur à vouendo.

¶ 2 Præterea, Filii sunt in potestate patris. Sed fi
lii possunt profiteri in aliqua religione, etiam sine vo
luntate parentum. Ergo non impeditur aliquis à vo
uendo per hoc, quod est subiectus potestati alterius.

¶ 3 Præterea, Maius est facere, quam promittere.
Sed religiosi qui sunt sub potestate prælatorum, pos
sunt aliqua facere sine licentia suorum prælatorum,
puta dicere aliquos Psalmos, vel facere alias absti
nencias. Ergo videtur quod multo magis possunt hu
iustinodi Deo vouendo promittere.

¶ 4 Præterea, Quicumque facit quod de iure fa
cere non potest, peccat. Sed subditi non peccant vo
uendo: quia hoc numquam inuenitur prohibitum. Er
go videtur, quod de iure possint vouere.

SED contra est, quod Num. 20 mandatur, quod si
mulier in domo patris sui, & adhuc in puellari ait alic
iquid vouerit, non tenetur ea voti, nisi pater eius
conserferit. Et idem dicit de muliere habente virum

Ergo.

Ergo pari ratione nec alia personæ alterius potestati
subiecta possunt se voto obligare.

RESPONDEO dicendum, quod sicut supra * dictū arti. 1. q.
est, votum est promissio quædam Deo facta. Nullus autem p̄ voc.
tem potest per promissionem se firmiter obligare ad
id, quod est in potestate alterius, sed solū ad id quod
est omnino in sua potestate. Quicumque autem est sub-
iectus alicui, quantum ad id in quo est subiectus, non
est sua potestatis facere quod vult, sed dependet ex
voluntate alterius. Et ideo non potest se per votum
firmiter obligare in his, in quibus alteri subjicitur, si
ne consensu sui superioris.

Ad primum ergo dicendum, quod sub promissione
Deo facta non cedit, nisi quod est virtuolum, ut supra
dictum * est. Est autem contra virtutem, ut id quod * arti. 2.
est alterius, homo offerat Deo, ut supra * dictum est. huius q.
Et ideo non potest omnino saluari ratio voti, cum * q. 32. 2.
quis in potestate alterius constitutus vovet id quod 7. & q.
est in potestate alterius, nisi sub conditione, si ille ad 86. art. 3.
cuius potestatem pertinet, non contradicat.

Ad secundum dicendum, quod ex quo homo venit
ad annos pubertatis, si sit liberæ conditionis, est sua
potestatis, quantum ad ea quæ pertinent ad suam per-
sonam: puta quod obliget se religioni per votum, vel
quod matrimonium contrahat. Non autem est sua po-
testatis quantum ad dispensationem domesticam. Un-
de circa hoc non potest aliquid vovere, quod sit ra-
tum, sine consensu patris. Seruus autem, quia est in po-
testate domini, etiam quantum ad personales opera-
tiones non potest se voto obligare ad religionem, per
quam ab obsequio domini sui abstrahatur.

Ad tertium dicendum, quod religiosus subditus est
prælato, quantum ad suas operationes secundum pro-
fessionem regulæ. Et ideo, eriam si aliquis ad horam ali-
quid facere posset, quando ad alia non occupatur a
prælato: quia tamen nullum tempus est exceptum, in quo
prælatus non possit eum circa aliquid occupare, nullum
votum religiosi est firmum, nisi sit de consensu prælati;

A 2 3 sicut

*H*ecut nec votum pueræ existentis in domo, nisi sit de
cōsensu patris; nec vxoris, nisi sit de cōsensu viri.

*A*d quartum dicendum, quod licet votum eorum,
qui sunt alterius potestati subditi, non sit firmum sine
cōsensu eorum, quibus subiiciuntur, non tamen pec-
cant vouendo: quia in eorum voto intelligitur debita
conditio, scilicet, si suis superioribus placuerit, vel
non renitantur.

ARTIC. IX.

*V*irum pueri possint voto se obligare ad religionis
ingressum?

78

inf q. 189
a. 5 co. Et
4. d. 27.
q. 2. a 3.
cor. Et d.
38 q. 1 a.
1. q. 3. C.
op. f. 17.
c. 12. co. 3.
C. c. 13.
ad 10.

*A*D nonum sic proceditur. Videtur, quod puer non
possint voto se obligare ad religionis ingressum. Cū enim ad votum requiratur animi delibera-
tio, non competit vouere, nisi illis qui habent vi-
lorationis. Sed hoc deficit in pueris, sicut & in amen-
tibus, vel furiosis. Sicut ergo amentes, & furiosi non
possunt se ad aliquid voto astringere, ita etiam nec
pueri (vt videtur) possunt se voto obligare religioni.

¶ 2 Præterea, illud quod ritè potest ab aliquo fie-
ri, non potest ab alio irritari. Sed votum religionis
à puer, vel puella factum ante annos pubertatis, po-
test à parentibus reuocari, vel à tute, vt habetur
vigefima, quaf. 2. canone Puella. Ergo videtur, quod
puer, vel puella ante quatuordecim annos non posse
ritè vouere.

¶ 3 Præterea, Religionem intrantibus, annus pro-
bationis conceditur, secundum regulam Beati Bene-
dicti, & secundum statutum * Innocentij Quarti, ad
hoc quod probatio obligationem voti præcedat. Ergo
illictum videtur esse, quod pueri voto obligentur ad
religionem ante probationis annum.

*S*E D contra, Id quod non est ritè factum, non
est validum, etiam si à nullo reuocetur. Sed votum
puellæ etiam ante annos pubertatis emissum, validum
est, si infra annum à parentibus non reuocetur; vth-
abetur * vigefima, quæstione secunda, canone Puella.
Ergo licite, & ritè possunt pueri voto obligari ad re-
ligio.

17. q. 2. c.
Cosaldus
ex Ale-
xandro.

20. q. 3. c.
Puella.